



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. I. Quæ festa hodie obligent ex præcepto? & quid circa illa, aliaq[ue]  
obseruandum?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

gatis Apostolicis: sed hæc facultas  
an Internuncio etiam sit data non  
docetur: quin & alioquin si com-  
peteret in strictis terminis acci-  
pienda est, vt non deroget iuri plus  
quam expressum sit: & sic citra ap-  
pellationem intromittere se non  
possit: appellations etiam recipi,  
aut delegations fieri non possint  
illæ, quas prohibet Trid. d. c. 20.  
vel regula 37. Cancellariae.

<sup>10.</sup> **Vt ut sit, non debuit delega-**  
**tus parte non petente appellan-**  
**tem, ante ex contentione dimis-**  
**sum, iubere ad carcerem redire:**  
**quia Iudex ius, non facta supplet,**  
**10. tit. C. vii quis de sunt adiuvat.** si au-  
tem requiritus Iudex ab intimato,  
declarasset sub verbo remanente  
non significari dimissi nouam in-  
carcerationem; nec appellantis sic  
dimissi parem esse caufam; in re-  
manente considerare caufam ne  
quid appellatione pendente noue-  
tur; per dimissi ex conuentione  
redintegrationem in d. nouari, &  
sic mittendū non esse in carcerem;  
tunc colorem latem appellans ha-  
buisse querē. li de formula rescri-  
pti non scruta: non verò quod illa  
clausulam conuentionalis dimis-  
sions iudex ante non suppleuerit,  
& nemine petente dimissum re-  
dire non iuster. poterat etiam du-  
bitare an Intimatus ad iustas pau-  
peris captiu expensas teneri vel-  
let, aut quid aliud subnatum esset.

## De feriis.

## RESPONSVM I.

**Quæ Festa hodie obligent ex**  
**præcepto? Et quid circa**  
**illa, aliquæ obser-**  
**vandum?**

**F**requent Episcoporum inter-  
pellatione, quæ festa ex præ-  
cepto sint seruanda, sciscitantium,  
& clamore pauperum de numero  
querentium, excitatus Urbanus

VIII. volens certum deinceps fir-  
mare præceptum, Idib. Feb. 1642.  
decreuit, & declarauit descriptos  
diplomate suo dies dumtaxat ex  
præcepto colendos esse; quos nempè  
vel ab initio veneranda sacrauit anti-  
quitatis, vel universali Ecclesie proba-  
uit consuetudo, vel omnium gentium  
unanimis pietas veneratur. Icilicet  
dominicos dies totius anni: iuxta c.  
1. de conf. dist. 3. c. 1. X. de fer. festos

<sup>2.</sup> autem 1. Natalis Domini, Circum-  
cisionis, Epiphaniae, Resurrectio-  
nis, cum duabus sequentibus fe-  
riis, Ascensionis, Pentecostes, cum  
duabus seqq. feris, S. Trinitatis, S.

Corporis Christi, & Jουentionis  
Sandæ Crucis, iuxta d.c. 1. dist. 3. de  
consecrat. c. fin. X de fer.

Vbi est notandum; festum S.  
Trinitatis non ab omni antiquita-  
te obtinuisse speciale diem, cùm  
quotidie ad illius laudem Ecclesia  
cantet Gloria Patri, & Filio, & Spir-  
itu sancto: vt rationem affigat A-  
lexander III. in c. 2. X. de fer. Crucis  
etiam inuentæ festum præcepit  
Eusebius. c. crucis. dist. 3. de consecrat.  
Sandissimi Corporis Domini de-  
mum Clemens V. c. si dominium. de  
reliq. & ven. sanct. in clem. quod Ju-  
dulentiis auxit Mart. V. Bull. incip.  
Ineffab. Eugen. IV. Bul. inc. excellent.

<sup>3.</sup> 2. Deiparæ Purificationis, An-  
nunciationis, Assumptionis, &  
Nativitatis festiuitates. Annuncia-  
tionem omittit d.c. 1. dist. 3. de conse-  
crat. festiuitates ait d.c. 1. Virginis  
gloriose. Visitacionis festum præ-  
cepit celebrari Bonif. IX. Bull. I.  
Conceptionis ab Ecclesia toto or-  
be celebatur iam pridem.

<sup>4.</sup> 3. Dedicationis sancti Michæ-  
lis, Natalis S. Joannis Baptiste, SS. <sup>Quæ San-</sup>  
Petri & Pauli, reliquorumque <sup>ctorum?</sup>  
duodecim Apostolorum, S. Ste-  
phani protomartyris. SS. Innocent-  
ium, S. Laurentij (quæ omnia  
dictis etiam locis referuntur) S. Sil-  
uestri quod itidem.

4. S. Iosephi, & S. Annae: Dei-  
paræ respectiue sponsi, & geni-  
tricis, sed horum in d. locis non est  
mentio;

mentio. diploma Urbani inducit.

5. *Omnium Sanctorum*: iuxta  
d. canones, & vnius ex principali-  
oribus patronis in quocumque  
regno, seu prouincia; & alterius  
principalioris in quacumque ci-  
tate, oppido, vel pagis, vbi hos  
patronos haberet, & venerari con-  
tigerit. quod itidem non habetur  
in d. locis; nisi sub ea generalitate  
festiuitatum, quas singuli , inquit  
d. c. i. dist. 3. de consecrat. Episcopi  
in suis Episcopatibus cum populo collau-  
dauerint: seu, vt d.c. fin. Episcopi in  
suis diaecesisbus cum clero & populo duxer-  
int solemniter venerandas : qua-  
rum vti; prima causa congruum  
est vt sit patronorum. Quæ clausula,  
vbi hos venerari contigerit, à con-  
trario sensu infert, vbi iam ante  
venerari non contigit, non indici  
præceptum.

5.

in vniuersa Ecclesia , seu in quauis natione , prouincia , dioceſu , aut loco quomocumque ſue ex precepto , ſue ex conſuetudine , ſue ex deuotione Christi fideleſ tanquam festiuos celebrarint . derogatque contrariaſ quibuscumque .

6. Ne Ordinari noua testa indi-  
cant.

7. Ordinarios monet, vt, ad Ecclesiasticam vbique aequalitatem, de cætero perpetuis futuris temporibus, ab inductione nouorum festorum studeant abstinere. eoque moderatur, quod in dictis supra locis canones antiqui permisent Episcopo, & retulerat Concilium Trid. s. 25. de regul. c. 12. in verbis: dies etiam festi, quos in diecessu sua seruando idem Episcopus precepit, ab exemplis omnibus etiam regularibus seruentur.

7. Relaxatio  
non conce-  
denda, nisi  
informa-  
ca-  
nonum.

8. Monet etiam Ordinarios, vt  
formam canonum seruent, in con-  
cedendis licentias laborandi die-  
bus festis: ex quo non nisi gratis,  
liberè, & sine ullo proflus pretio,  
aut pacto, direcè vel indirectè  
concedantur. vt per hoc ferè ces-

set quod in Synodo prima provinciali Mechliniensis de festis a.c. 2. decreatum fuit, ut Episcopis in illis festis, que minus celebria sunt, ad populi commoditatem licet et aliquid pro sua discretione relaxare: utpote cum minus celebria ferè iam per Vrbanum sint sublata.

Forma canonum inc. liceit. X. de la  
fer. necessitatem exigit. seu u  
glossa & DD. ibidem. pietatem: &  
maiores anni solemnitates excipi-  
& porrò ut de lucro Ecclesie cir-  
cumpositis. & Christi pauperibus  
congrua fiat portio.

Quoad vltiorem monitionem  
Ordinariorum, re&tius incommo-  
da, quæ vitari voluit, declinavit;  
cùm per ordinationes Episcopales,  
quod pro cuiusque loci necessitate  
permittendum est, edicimus, quād  
cūm ad preces, & casus singulares  
licentia conceduntur, quamquam  
& interdum necessaria sunt, cūm  
non omnia lege comprehendantur pol-  
fint. Sed & Zerola in *prax. i. s.*  
*festa.* Quar. in sum. v. dies festi refi-  
runt constitutiones Pontificum, &  
Cardinalium Conc. Trid. Interp.  
quæ super festorum celebratione  
editæ fuerunt, et igitur in *in. post.*  
*non. anal. de feriis.*

9. Non intendere se declarat Vt.  
banus dies feriatis circa iudiciale  
in aliquo immutare: sed in eodem anno  
statu relinquere. scilicet vt ne  
processus, nec sententia etiam per  
tribus consentientibus talibus die-  
bus lata valeat. *iuris d. c. fin.*

10. Mandat omnibus Ordini-  
riis, vt in dioceſib⁹ ſuis hac pri-  
blicent, & ad vnguem obclaram  
faciant: vt, quantum per motu  
Pontificis ſunt ſublenati, numer  
o festorum imminuto, non di  
ligentiū quæ ſuperfunt vetera  
tur; ad diuina officia attendentes,  
non ad otia, vanitates, & vita abu  
tantur. iuxta c. irreligioſa, dicitur, de  
conſec.

Quid de his dicendum antequam  
blicationem prouinciale? ut dies, temporibus  
quorum obligatio ex præcepto est, etiam  
ab eo

abrogata, post publicationem Romæ factam defierint obligare secundum ea qua diximus in consuls. can. de cognat. spirit. cons. 1. quoad alios nouiter inductos, vt non obligent ante publicationem in prouincia faciendam, præfertim vel ignorantes, vel Episcopis nondum publicantibus seu receptionem urgentibus, etiam scientes. secundum ea qua diximus ibid, dum interim credi possunt iustam habere differendi causam, seu quod difficultates motas retulerint, supplicauerintque inxtac. si quando X. de res rips. seu alias, vt referre vism est quibusdam Episcopis de festo S. Silvestri, quod hic nunquam à populo receptum fuit.

## De ordine cognitionum.

## RESPONSVM I.

De exemptione antè cognoscendum quam de criminis inobedientia, & infraacta clausura.

**E**X vago rumore qui certò quid statuunt apud se, temerè iudicant. eis multorum illud sit vi- tium. Antequam scuteris, ne reprehendas, eccl. 11. eiusmodi à multis præ- iudicium patiuntur regulares monasterij T. examinandæ sunt igitur questiones prejudiciales antè, quas mouent. 1. si crimen, 3. si restuas. 6. C de ord. cognit. vbi si crimen inferatur ei, qui se ingenuum dicit, antè liberalis causa suo ordine agi debet. quoniam necesse est antè sci- ri utrum in liberam, an in ancillam constitui oporteat iudicium. ita d. 1. 3. ita & de statu procedit quæstio, ante crimen rerum amotarum. vt si pronuntiatio fiat pro li- bertate; tum demum damni dati, & rerum amotarum procedere posse, adhibita probatione, con-

demnatio: si verò secus; quæstio rerum amotarum euaneat. ita que antequam de inobedientia ita- tuatur, cognitio status, seu exem- ptionis præmittenda est. quod si pro illa prospicietur in totum vel in partem; quæstio inobedientie euaneat extoto, vel ex parte. idem de exem- dicendum de quæstione introitæ non quā inobedien- clausura; quantum ad licentiam superioris attinet. si quidem, si Confessor generalis prælatus est, adeoq; ad eum, vt alios superiores, spectat concessio facultatis ingre- diendi; quod licentiam euaneat. cit quæstio cum exemplis sufficiat superioris regularis licentia; nec requiratur recursus ad Papam; nec sufficiat ad Ordinariū. quod cau- sam ingressus verò, quæstio facta est: probatione ergo opus est, rursus quod absolutiones, & sacramen- torum administrationes; si exem- pti sint; si interdici non possint; si forma iuris, & ordo iudicij serua- tus non est; si cōcidit interdictum; euaneat illius effectus. non enim præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. c. non præstat. de reg. iur. in 6. vides quot incurvant præjudiciales quæstio- nes, quas excuti oporteat, antequā decidi queat, an crimina hæc, que insinuantur tacite, arcta sint iure permittente? quandom autem hac in pendent sunt, neminem ex- arbitrio suspicionis iudicare licet; sed ex lege Dei, inquit Augustinus. c. multi. 2. q. 1. secundum ordinem Ecclesie, sive ultro confessum, sive accusatum & con- uitum, inobedientia ergo, sacrilegia, claustrorum violationes hæc vocentur: si nominatio, inquit, sola sufficiat; multi dānandi sunt innocentes; quia s̄p̄ falso in quoquā crimina nomi- nantur. Recte Greg. c. sequid. 15. q. 7. squid de quocumq; clericis ad aures tuas peruenierit, quod te iuste posse offendere, facile non credas: nec ad vindictam te res accedat incognita: sed presentibus senioribus Ecclesia tua diligenter est ve- ritas perscrutanda: & tunc, si qualitas rei poposcerit, canonica districcio culpam ferias

4.  
Aliiue id  
genus.

2.  
de exem-  
dicendum  
non quā  
inobedien-  
cia.

3.  
Aut in fra-  
ctu clausu-  
ria.